

1230. in Majo. v. Junio. Ex Arch. Cap. Vlad. 33.

Boleslai Ducis Sandomiriensis Lite-  
re super Czernia Villa in Lagou  
pro ecclesia Vladislaviensi. 6

Notum sit Uniuersis tam presen-  
tibus quam futuris presentem pagi-  
nam inspecturis. Quod ego Boleslaus  
Divina clementia Dux Sandomiriensis, testi-  
ficante patre meo Duce Conrado Maso-  
via, cum Baronibus Dobruo, Dysie-  
rao, et Badricho Chyrnam cum fratri-  
bus ecclesie Beate Marie de Lagou  
et Douino Michaeli Cujaviensi ipsiusque  
successoribus pristina manipari seruituti,  
et nullus ad prefam Chyrnam cum  
fratribus respectum habeat, nisi succes-  
sio Cujaviensium Episcoporum. Ne ergo pro-  
pter humane fragilitatis conditionem  
a memoria hominum excidat, appensio-  
ne sigilli patris mei, et meo Decreti  
roborari. Hec acta sunt in Lubyn  
Anno Domini incarnationis, mille-  
simo Ducentesimo, trigesimo. ~

Agne  
Kun.

W. Iste Boleslaus non est Ludicus, cui de iure successum Ducatus  
Craunie & Sandomiriensis pertinebat, sed Boleslaus filius Conradi Ducis  
Masovie, Ludici patruelis, qui a Patre Masouio tutore Ludici raptum  
Ducatum Sandomiriensem aliquo tempore possidebat.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*